

Florian Chenoboscus

Pangyrikon De Nobillissima Academia Megapolitana, Sive Rostochiensi, quibus hodie Professoribus, sive proceribus literariis efflorescat & vigeat, Magnificum eius Magistratum gerente Clarissimo, & Consultissimo Viro, Dn. Ioachimo Schonermarkio, I. U. Doctore, & Professore praestantissimo &c. Anno currente M DC. XIII; die 24 Maii

[Rostock]: Richel, [1613]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729967468>

Druck Freier  Zugang



MK – 7689.19a

ΚΑΝΟΝΙΚΟΝ,
DE
NOBILISSIMA
ACADEMIA MEGA-

POLITANA, SIVE ROSTOCHI-
ENSIS, quibus hodie Professoribus, sive
proceribus literarijs efflorescat &
vigeat, Magnificum ejus Ma-
gistratum gerente

CLARISSIMO, & CONSVLTISSIMO
VIRO,

DN: IOACHIMO SCHONER-
MARKIO, I.V. DOCTORE, & PRO-
fessore praestantissimo &c. Anno currente

M DC. XIII; die 24 Maij Con-

scriptum per

M. FLORIANUM CHENOBOSCUM,

Francum Germanum, τῶν Μυσῶν καὶ Χα-
ρίτων Σεβαστῶν.

ISOCRATES:

Μὴ κατόνη μακρῶν ὁδῶν πρέεσθαι πρὸς τὸ διδάσκειν
χρησιμὸν τι ἐπιγγελλόμενος. Αἰσχρὸν γὰρ εἶναι μὴ ἐμπείρου
τηλικαῦτα πέλῃν Δωπερῶν ἕνεκα τὸ πλεῖον πείσασθαι τῶν

ὑποσχέσασθαι ἔσσαν; εἶναι δὲ νεωτέρου μηδὲ τοῦ

ἔγχειν προέας ὑπομῆναι τῆς βελτίου

κατασῆσαι τῶν ἑαυτῶν

Δόξου.

TYPIS RICHELLIANIS.

MK 2689 19
Mk. 2007. III. 5. a.

DE ACADEMIA RHODOPOLITANA PANEGY-

RICUM.



Aude alias alij tollant, numerisq; Palastras

Teutonica terra; tuo ego, speciosa

RHODANTHA;

(Mens ita fert congesta; surget stimulator Apollo)

Ductus amore pio, versus cantabo Lycéo.

*Tantus enim splendor, virtutum est tanta tuarum
Gloria; vix satis ut te quisquam extollere possit.*

Nullo sicut enim marcescit tempore Laurus;

Semper habet letas viridi sed stipite frondes:

Aetherasq; velut consurgit Cedrus in auras,

Porrectumq; caput sublimia mittit ad astra:

Sic non serpit humi tua adorea; crescit in altum,

Tendit Olympiacas generoso & vertice ad Arces.

Annue, CHRISTE, meis ausis, tu suffice venam

Felicem, (tibi cura etenim pia & agmina docta):

Ut valeant, quâ laude decet, quo carmine fas est,

Omnia Castalijs pulchrè deducere ab vndis.

D.
PAULUS
TARNO-
VIUS.

FACULTAS THEOLOGICA.

*TARNOVIUS studijs sacris imbutus, & Arte,
Nomen honoratum fert sancti & nobile PAVLI,*

Est

Est hodie ROSEI jubar haud vulgare Lycæi,
Atq; Rhodanthaam mirâ pietate juventam
Imbuit, eximij Zelo cum pectoris acri,
Antiqui enucleans præclara volumina Mosis,
Vir gravissin multis & laudatissimus oris,
Omnibus atq; bonis nostrâ venerabilis urbe.

Sacrorum est columen LVBINVS, luxq; virorum.
Notus in occiduisq; plagis, & notus Eois.

Instruit hic ROSEVM cælesti voce Lycæum,
Illustrans miro sacrum ΜΟΥΣΕΙΟΥ ausu.

Ille idem Chronicis lapidè desudat in Hortis,
Historiasq; legit, variorumq; Acta locorum.

Quem si pro meritâ cupiam celebrare Camænâ;
Tunc ego Sisyphum dicar transolvere saxum.

Est mihi religio, tua mittere Nomina, LVCA
BAC MEISTERE, patris, patriq; vigoris imago;

Ut Sparta (hices quâ functus) valedixeris, atq;
Voce DVCEIS celsi hinc, sis arbitriq; vocatus

Splendidum ad officium super attendentis, & amplū.
Hoc fervore, etenim tu edisseris Embea scripta,

Florentemq; doces cælestia dogmata pubem:
Debeat ut magnas tibi jurè Ecclesia grateis.

I felix, te quò DEVS, & fortuna vocavit;
Sint CHRISTIQ; tibi porrò sacraria cura.

Eccquis te tacitum versu; immemoremq; relinquat,
CHRISTIANE Ô SLEDANE, soli nova gemma paterni;

D. EIL-
HARDUS
LUBI-
NUS.

D. LU-
CAS
BACK-
MEISTE-
RUS.

D. CHRI-
STIANUS

SLEDA-
NUS, p. r.
Decanus.

In cuius pietas sedem aurea pectore fixit,
Fardici exponis dum sancta oracula Regis!
Judicio quantum valeas, stolidosq; Sophistas
Confutes, atq; haretica phantasmata turba,
Ore pio, infractoq; animo; fama ipsa docet sat,
Ingenij plenis collaudans flumina buccis.

D. JO-
HANNES
APPEL-
MANNUS

His APPELMANNVM conjungit vivida virtus,
Conspicuumq; facit pietas eterna per orbem,
Scripta Prophetarum per quem redduntur aperta.
Præco DEI niveus, certam qui semitam ad astra
Monstrat; ovile lupis sacrum & defendit ab atris,
Vir juvenis; curas gerit attamen usq; senileis,
Celestemq; agitat mortali in corpore vitam.

FACULTAS JURIDICA.

D. JOA-
CHIMUS
SCHÖ-
NER-
MAR-
KIUS,
p. r. Rector
Magnifi-
cus.

Ordine nunc justo IVRIS memorabo peritos;
Primates Themidos sacre, Mystasq; verendos.
Ex his sese effert RECTORIS munere grandi
Magnifici SCHONERMARCCUS pro tempore fungens,
Tot quod & antè Duces, celsi & tenuère Dynasta.
Legibus hic quantum valeat, quantum eloqui jg;
Flumine, certatim pueriq; senesq; loquuntur.
Iustinianas Leges ductore juventa hoc
Haurit, & augusti discit primordia juris.
Idem consilijs dandis non futillis autor,

Promus

Promus at est pariter, felix & condus eorum.

ZOLNERO rude donato, cedenteq; ab Aulâ
(Otia quippe sua quarebat dulcia menti)

Tu, COTHMANNE, locum capis, ingrederisq; sacros
Cancellos, titulum usurpans modò Nominis hujus.

Et bene: nam tua nota fides, doctrinaq; nota est.

Tu potes ex memori Leges depromere corde,

Et coram excelsis pia solvere labra Dynastis.

Accedit vita ratio, morumq; venustus,

Dexteritasq; sacras Leges, & jura docendi.

Vive diu nostri in Nemorisq; Auleq; salutem.

HAI0 quoq; in clivo insidas inclite eodem,

Atq; tenes parilem generoso pectore Spartam,

Quâ SEUERINENSIS sua sunt tecta aurea terra,

In Cancellari celebri statione locatus!

Maxima inest animo virtus, pietasq; fidesq;

Maxima inest ori culta facundia lingua,

Quâ prodesse DUCI gaudes, prodesse Clienti.

Qualem cancelli Doctorem omninò requirunt;

Atq; virum quantum talis locus optat habere!

Sis saluus multos, precor, incolumisq; per annos:

Nostra ex te capiat larga ut solatia tellus.

Non, ALBERTE HEINI, es numero excludendus ab isto,

Inclite, & eximiam virtutum laude polite.

Sedula cura tibi sinuosa volumina juris

Pellegere, ingenua mox & depromere publi.

D. ER-
NESTUS
COTH-
MANNUS

D. HAJO
à
NESSA-

D. AL-
BERTUS
HEINI-
US.

D. JO-
HANNES
SIBRAN-
DUS.

D. THO-
MAS
LINDE-
MAN, P.
c. Decanus.

D. LAU-
RENTI-
US STE-
PHANI.

Te juvat arcanos Legum dissolvere nodos,
Atq; juventutis studia exornare virentis.
Aulam tu prelustrem itidem studioq; fideq;
Asseris, Astrae gemma & per amabilis alma es.
Eia, agè, pulcrare di nostri ad penetrabilia PINDI;
Charus eris, velut antè, pia, gratusq; juventa.

Quem sese arte ferat JANVS SIBRANDVS; abundè
Testatur Roscumq; solum, & Megalepolis omnis.
Legibus hic sanctis vigili molimine lumen,
Codicis enodando libros, jurisq; recessus,
Voce affert, calamoq; simul. Tum publica jura
Ille idem fovet & perplexa negotia curat
Urbis; in Eunomies natus, fictusq; salutem.
Salve juridica decus immortale caterva;
Salve Uarniaci laus non peritura vireti!

LINDEMAN insigni cum dexteritate recludit
Solerti ingenue pubi Feudalia nisi.
Illius est pridem magnis sapientia nota
Principibus, Ducibusq; altis, veneratur Equestris
Ipsam Ordo, civesq; vehunt quoq; laudibus omnes;
Aonides numeris cur convenientibus ipsum
Ferre negent, Norweng; chely cantare decenti!
Nec, STEPHANI est tibi mens, LAVRENTI, v. lior, aut laus.
Tu Digesta docens solerti pulvere pubem,
Signa teris chari quoq; formosissima Patris,
Et Socreri pariter magni Hinc Parnassia turba

Te

Te colit, eloquium stupet & sacra fura docentis.
Te virtus, candorq; ingens in rebus agendis,
Commendatq; urbi huic, toti commendat & ora
CHRISTIANE, his, OHMI, meritiò sociâris & ipse,
In juga qui Eunomies penetrâsti strenuus alta,
Atq; es Parnassi non infima fama paterni.
Fura enim & ipse doces multo haud sine pulvere pubè,
Ejus & obscuros evolvis acumine nodos.
Inde Cuius operamq; tuam persape, fidemq;
Expetit, atq; tuo pendet sitienter ab ore.

D. CHRIS-
TIANUS
OHMIUS

FA C U L T A S M E D I C A .

Non hic Paonia est mihi pretereunda Facultas,
Herbas nôsse cui varias dedit autor Apollo.
Quis BACMESTERUM, reserantem Scripta GALENI,
Tollentemve graveis dextrâ felice dolores,
Non stupeat L A N V M, votis bona fata precando;
Cui tot se debent animarum millia; per quem
Cymba est lethæi persape quieta Charontis!
Corpora solerti secat idem mortua nisu.
Atq; ^{miraculo} ^{opus} ^{pubi} ^{miracula} ^{recludit}.
Hujus ego in laudem tentem sine cedere versus;
Grande opus aggrediar, nim. & sim viribus impar.
ASSVERVS Medicis quoq; prestantissimus Hortis,
Alter apud nostros Podalirius arte medendi,

D. JO-
HANNES
BACMEI-
STERUS.

D. JO-
HANNES
ASSVE-
RUS.

A 4

Ac-

D. JA-
COBUS
FABRI-
CIUS, p. t.
Decanus.

Accrescenst acitis (arbor velut) auctibus usq;
Restituensq; bonis succis atq; haustibus agros.
Quem Physicum Rosæ præclarū agnoscimus urbis.
Explicat eximio quoq; n̄ su Peonis artem,
Herbarumq; docet speciesq; & Nomina mille
ULRICI Archiater Ducis optatissimus idem,
Sentit opem cuius medicando sæpius Aula.
Nobilium inde valet studio atq; favore virorum,
Atq; manus miseris felices admovent agris.
Et vir Apollineis longè celeberrimus herbis
FABRICIVS, Medicâ Peonq; insignis ab arte,
Laude Machaoniam cum magnâ is perdocet artem
Fontibus ex Hippocraticis, jungitq; Mathesin.
ALBERTOq; Duci est charus n̄ agis, ac fuit olim
Iasides Anchisiadae, quin charior illo:
Membra ubi tabificum traxerunt agra dolorem,
Aut aliquis mæsto stabulatur corpore languor:
Hic vir, hic est missus Panaceæ calitūs alma,
Sospitet hunc, seruetq; diu Rex almus Olympi;
Fulciat ut Medicum hic cum dexteritate Lyceum;
Humanosq; abigat violentos corpore morbos.

FACULTAS PHILOSOPHICA.

Restat adhuc SOPHIÆ versū memoranda Facultas,
Cujus nec virtus, nec honos reicendū ē ipse.

W I L

WILLEBRANDVS aquas Stagiraeo ex fonte ministrans,
Aurea virtutum tradit praecepta sacrarum,
Et vitæ morumq; docet veneranda statuta;
Quaq; domus moderanda viâ; multoq; crescat,
Quæ s' vigeatq; modis; solerti indagine monstrat,
Uernantem informans multâ pietate iuventam.
Hunc ego (ut est dignus) cupiam si tollere laude;
Musagetes; grandi & sub pondere victa labascet.

Sanguine nobilium generoso cretus Avorum,
STURCIVS Historiæ campis spatiatur apertis;
Ad certosq; dies docet ordine cuncta locare;
Et spatia annorum repetens ab origine mundi,
Per reuoluta viam solertem secula carpit.

Acta voluminibus docet idem proruta prisca,
Quidquid & hoc ævo memorabile Pace, vel Armis.
Eloquij hinc addens speciosas Legibus arteis,
Arma fori imperiosa gravis pertractat & unâ.

Isacias reseat scatebras, Hebræaq; Scripta:
Explicat in signi cum sedulitate iuventa,
Atq; docet sanctæ commercia dulcia linguae,
Vir gravis & sancti conservantissimus æqui,
HASSÆVS, gaudens diuino nomine MARCI:
Unde iuventuti per dios area campos

Lata patet, Mosis dextrè magè verjet ut agros.
POSSELIVS sequitur venerandi signa Parentis,
Argolico informans viridem sermone iuventam,

D. NI-
COLAUS
WILLE-
BRAN-
DUS.

D. AZA-
RIAS
STUR-
CIUS.

M. MAR-
CUS HAS-
SÆUS,
Philosophia
Senior.

M. JO-
HANNES

Melli-

POSSE-
LIUS.

Melliloquam & tenebris gentem defendit ab atris,
Attica Apis vero dicendus nomine & ipse,
Cum patre clarorum volit atq; per ora virorum,
Pectoreq; & niveo vir praestantissimus ore.

M. IO-
HANNES
SIMO-
NIUS.

Flumina ad eloquij SIMONIVS aurea docti
Pandit iter planum; medijs in caetibus ore,
Dulciloquoq; sonare docet cum laude juventam,
PALLADIS Evepiesq; Antistes magnus & acer,
Aonium decorans multâ virtute Rosetum.

M. PE-
TRUS
SASSIUS.

SASSIVS Organici depromit munia libri
Veriloqua, atq; Sophi Cyrrhai dogmata plana,
Argumenta docens Log ces variare figuris,
Claudere limitibus res atq; decentibus omneis:
Nubibus; & si quae velant mendacia, pulsis,
Veridicam quavis demonstrat semitam in arte:
Ut quondam adversos valeant explodere fucos,
Quasq; parant; diras, Sycophanta, eludere, fraudes.

M. IO-
HANNES
KIRCH-
MAN-
NIUS.
p. r. Deca-
nus.

KIRCHMANNVS sacram docet haud sine laude
Enarrans priscos cum dexteriâ te poetâs, (Poësin,
Orator vatesq; simul tersissimus ore,
Atq; stylo: cuius Nomen florescet in orbe;
Donec aquas Varnus, pisces dum Varnus habeat.

M. GE-
ORGIUS
DASE-
NIUS.

FERT humeris caelum DASENIVS, astraq; circo
Describens, docet astrigeri primordia mundi,
Ac mox aethereos implexos orbibus orbes,
Errores Lunaq; notat, Solisq; labores;


Et

Et numerandi artem tradit viridantibus annis;
Supputat & latum metiundo examinat orbem;
Vir gravis, & niveo verè candore coruscus.

Natura vires aperit SCHLEKERUS amœna,
Divitiasq; sinu miras quas divite fundit;
Indagat, vasti miraculaq; dædala mundi;
Doctè idem evolvens, obscuros undiq; nodos,
Excultos Physices juvenes deducit in Hortos,
Hac Spartamq; fide tutatur: Momus ut ater
Invenire nihil possit, quod dente feroci
Rodat & in partem valeat torquere malignam.

Sic recitata mihi veneranda corona docentùm est,
Quæis speciosa hodiè floretq; vigetq; RHODANTHA.
Salve ô Pieridum, salve ô gratissima sedes;
Salve Linguarumq; habitaculum, Christi adunq;
Talem quæ Procerumq; foves, nutrisq; catervam
Doctorum, pubes caput exeruisse per arteis,
Quæis ducibus queat, & supremum agnoscere Numè!
Eia, agè, perpetuo florescas tempore sospes,
Nullaq; tam sanctis metuenda pericula tectis
Eveniant, Procùl hinc Bellona, Luesq; facefsant;
Quidquid & horrendis est formidabile damnis:
Ut magis atq; magis, caput alta ad sydera tollas,
Annorum serie miranda, & flore virorum.

M. I O-
HANNES
SCHLE-
KERUS.





DISTICHON NUMERALE,
NATALEM ROSTOCHIENSIS ACADEMIE CONTINENS:

Castalias ornare Deas, & floribus artes
Cæperunt Rostæ cingere VarnlaDes.


1416

Δόξα Θεῷ μέγιστῳ, ἀκήτητος ὅς πάντα κυβερνᾷ.

FINIS.



*W*ILLEBRANDVS aquas Stagiræo ex fonte min
*A*urea virtutum tradit præcepta sacrarum,
*E*t vitæ morumq; docet veneranda statuta;
*Q*uæq; domus moderanda viâ; πολιτιμαq; cre
*Q*ue. s. vige atq; modis; solerti indagine monst
*V*ernantem informans multâ pietate juven
*H*unc ego (ut est dignus) cupiam si tollere lan
*M*usa gemet; grandi & sub pondere victa la
*S*anguine nobilium generoso cretus Avoru
*S*TURCIVS Historiæ campis spatiatu apert
*A*d certosq; dies docet ordine cuncta locare;
*E*t spatia annorum repetens ab origine mundi
*P*er revoluta viam solertem secula carpit.
*A*cta voluminibus docet idem prorut a pris
*Q*uidquid & hoc ævo memorabile Pace, vel
*E*loquij hinc addens speciosas Legibus arteis,
*A*rma fori imperiosa gravis pertractat & m
*I*sacias referat scatebras, Hebræaq; Scrip
*E*xplicat in signi cum sedulitate juvena,
*A*tq; docet sancta commercia dulcia lingua,
*V*ir gravis & sancti conservantissimus equi
*H*ASSÆVS, gaudens divino nomine M. A. R
*U*nde juventuti per dios area campos
*L*atapatet, Mosi dextrè magè verset ut ag
*P*OSSELLIVS sequitur venerandi signa Pa
*A*rgolico informans viridem sermone juven



NI-
 LAUS
 ILLE-
 AN-
 IS.

 AZA-
 AS
 UR-
 us.

 MAR
 S HAS
 us,
 losophia
 ior.

 . Jo-
 NNES

the scale towards document